quando processu Juris eo quidem nomine contra
Dn. sum Baronem Ernestum Maydel, modernum
Capitaneum Pilten Possessorem instituto, et sub
Illmo olim Georgio Ossolinski Supmo Regni
Cancellario Vilnae feria 5. post Dominicam
Passionis proxima, anno Dni 1644. agitato,
tandem praeter expectationem suam, talem
sententiam experiri debuit, dum omnibus
Illmi Ducis rationibus, longa serie recensitis
examinatis, et discussis, sic decretum fuit.
Sacra Regia maiestas auditis partium Controver-
sijs, visisque et bene perpensis ab utrinque Juri-
bus et Investituris, quantum attinet, Jus feu-
dale, quod Illmus Actor sibi ad Districtum,
seu Arcem Pilten, una cum tenuta Curo-
nien, et illorum attinentijs universis vi-
gore tractatuum, Investiturarum et aliorum
Jurium in Processu specificatorum competere
praetendit eo in consideratione habito, quan-
doquidem Illmus Actor non deducit, neque
comprobat allegatos tractatus effectum
suum sortitos, nec eorum vigore ipsum, nec
Illmos Antecessores eius utile bonorum istorum
Dominium aliquando habuisse, nec ipsa
eorundem Investiturarum continentiam
aliquid ex iure omnium Ordinum consensu
hac usque statutum esse: Ideo salvis in
omnibus alijs suis punctis, conditionibus,
articulis, Investitura, et Conventionibus